Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ecclesia. Filium quoque dei in novissimis diebus natum esse confitemur ex virgine et spiritu sancto carnem humane nature atque animam suscepisse in qua passus et sepultus et resurrexit a mortuis. in ipsa eadem carne resurgens que deposita fuerat in sepulcro. cum qua carne simul atque anima post resurrectionem ascendit in celos. unde et venturus expectatur ad iudicium vivorum et mortuorum. Sed et carnis nostre resurrectionem fatemur integre et perfecte futuram ipsius carnis in qua nunc vivimus. non ut quidem calumpniantur alteram pro hac resurrecturam dicimus. sed hanc ipsam nullo omnino ei membro amputato vel aliqua corporis parte decisa. Sed cui nichil omnino ex omni natura sua desit nisi sola corruptio. hoc enim promittit sanctus apostolus quod seminetur corpus in corruptione et resurgat in incorruptione. et seminetur in infirmitate. surgat in virtute. seminetur in ignominia surgat in gloria. et quia seminetur corpus animale. Resurgat corpus spirituale. hec nobis de resurrectione tradita sunt ab hiis a quibus sanctum baptisma in aquiliensi ecclesia consecuti sumus que puto ipsa esse que etiam apostolica sedes tradere soleat et docere. Dicimus quoque et iudicium futurum in quo iudicio unusquisque recipiat propria corporis prout gessit sive bona sive mala. Quod si homines recepturi sunt pro operibus suis quanto magis et dyabolus qui omnibus extitit causa peccati. De quo illud sentimus quod scriptum est in ewangelio quia et ipse dyabolus et omnes angeli eius cum hiis qui opera eius faciunt id est qui criminantur fratres cum suo pariter eterni ignis hereditate potientur. Si quis ergo negat dyabolum eternis ignibus mancipandum pariter cum ipso eterni ignis accipiat ut sentiat quod negavit. Audio et de anima questiones esse commotas. de qua re utrum recipi debeat querimonia an abici vos probate. Si autem et me ea sententia queritur fateor me de hac questione apud quamplurimos tractatorum diversa legisse. legi quosdam dicentes quod pariter cum corpore per humani seminis traducem etiam anime diffundantur et hii quibus poterant assertionibus confirmabant. Quod puto inter latinos tertullianum sensisse vel